

Index locor. Sacr. Scriptur.

Cap. 21. v. 2. Vidi civitatem sanctam Ierusalem novam descendentem de caelo à Deo paratam, sicut sponsam ornata viro suo. Quomodo cœlum in terra, & quenam sponsa? T. 4. D. 8. num. 3.
V. 4. Mors ultra non erit, neque iustus, neque clamor, neque dolor erit ultra. Quomodo in dolore

mortis, nec mors, nec dolor? T. 10. D. 2. num. 4.
V. 16. Et civitas in quadro posita est. &c. Quomodo quadrum, si cœlum rotundum? T. 3. E. n. 16.
V. 17. Mensura hominis, quæ est Angelus. Quomodo mensura in homine, ultra mensuram Angelus? T. 4. D. 8. n. 3.



SILVA EVANGELICA PRO CONCIONIBUS.

Ad peribram Evangeliorum scrutator Scripturæ Indicem legat. E. post T. Littera expositionem indigitat. T. significat Tautologiam. D. Didascaliam. N. Numerum marginalem. Ubi marginalis non additur, designat argumentum per totam Didascaliam.

Dominica I. Adventus.

I. ERUNT signa in Sole & Luna. Signa in formidinem, ut modo qui vindex introducat amorem, ne è pectore expellat hominis crimen. Pietatis demonstratio, in specie amaritudo: thesaurus amoris, sub velo severitatis; & dulcedo clementia, sub velamine iustitiæ. T. 3. D. 1. à num. 1.

II. Erunt signa futuri iudicii. Ut quid signa fulminantis iudicii præmittuntur? Ut in mundo si signa rigoris videat, minus inveniat quod corrigat. Sic vocat peccatores in poenitentiam, poenitentes in gratiam, iustificatos in gloriam. T. 3. D. 4. T. 10. D. 3. n. 6.

III. Erunt signa. Præmittuntur iudicii universalis, ut particularis consideretur ab impijs; & arefiant præ timore & expectatione. Conditio hominis lamentabilis: haud quia fragilis & corruptibilis cum necessitate mortis; sed quia in mortem nescitur. Quando, & etiam mortis conditio: ex quo mors morte gravior nescientia temporis; & in morte maior dolor conditio mortis. T. 1. D. 4. T. 10. D. 6.

IV. Erunt signa. Huiusmodi severitatis specimen frenat peccatoris animum, arcet vitium, imponit pudorem, introducit pavorem, restituit mentem & impellit in criminum poenitentiam. T. 1. D. 4. n. 9. T. 4. D. 5. à n. 5. T. 8. D. 2. T. 10. D. 4.

V. Ardescunt hominibus præ timore & expectatione. Ex malitia hominum iustitia in throno clementia. T. 8. D. 1. Ex Numinis pietate clementia in throno iustitiæ. T. 1. D. 4. n. 8. T. 10. D. 4.

VI. Videbunt Filium hominis. Annunciat futurum adventum ut modo cognoscatur in afflictionibus Salvatoris animus. Ab illo persecutio excipitur: at castigans miseretur terret, sed protegit percutit, sed diligit. T. 7. E. n. 3. T. 8. D. 1. à n. 12.

VII. Videbunt Filium hominis. In Filio hominis præfiguratur pietas, sed veniente iudice, fulminantis auctoritas. Modo utrumque exponitur, quia casti-

gat ut erudiat, punit ut corrigat, corripit ut favcat. T. 4. D. 5. n. 11. T. 8. D. 2.

VIII. Videbunt Filium hominis, in maiestate iudicis; quia ab illo iudicata iudicanda, & manifestanda occulta. T. 2. D. 5. T. 9. D. 7. n. 16.

IX. Videbunt Filium hominis, & etiam eius apparebit signum: quia præ pietate homines dum castigat ut fugi convertantur, vulnera impacta; & patitur mala in illos pro criminibus ommissa. T. 8. D. 1. à n. 3. Cui comparetur miseratio divina? Quod processit pietas? Quod exerevit benignitas? Quod attingit amor? Quod pervenit compassio? Ibid. ex Augustin. num. 7.

X. Cum potestate magna & maiestate. Quid homines arefiant; & præ peccatis conscientie mortu; & expectatione, qualis exitus in exitu; ubi claret pravitas causæ, dum damnatur ab amore. T. 1. D. 4. T. 7. D. 8. T. 8. D. 1. n. 14.

XI. Cum potestate, &c. Obijcit potestas & potestatis auctoritas: ut impij experiantur iudicem, quem spervere patrem: revocat enim pietatis decreta; quia indulgentia maiora commissa crimina, & ira nimis irritata clementia. T. 10. D. 4.

XII. Cum potestate magna, &c. Non solum ostenditur maiestas honoris, sed etiam magnitudo potestatis, quippe in eius tribunali cum sederit vindex, oblita memoranda, cognoscenda non cognita, & que non visa videnda. T. 1. D. 4. Vid. *Deus. II. & III.*

Domin. II. Advent.

I. Ioannes in vinculis. Quia veritatem protulit, crimina aggressus tulit, & dedecus regni in Regem haud præterijt. Herodes amabilis exhibetur, dum totus tenor regiminis proculcatur. Gratus subditis, sed stolidus, apud quem nullus iudicatur iniquus: qui ad omnia connivet, qui omnia omnibus indulget, qui nec hinc ad mala quæ conspiciunt. T. 6. D. 4. à n. 4.

II. Ioannes in vinculis, quia ministerium implevit: & modo taceret, non implet ministerium: imò subditi silentio præfide, à veritate auditum averterunt, magistros in corruptelam inquitent, ad vana corda convertent, leges proterent, iustitiam despicient, ad labium viventes & voluptatam, quasi non haberent præsidem. T. 6. D. 5. à num. 2.

III. Ioannes in vinculis. Profuca tribulatio iusti, ut opus divine altissimæ providentiæ. Deo quidem ad gloriam, Angelis ad lætiam, subditis ad perfectionis vitam, tribulatus ad coronam. Ex Bernar. de Dignitat. Sacerdot. n. 15. Tom. V. T. 4. D. 4. D. 5. n. 2. T. 7. E. n. 2. T. 8. E. n. 1.

Ioan.

Silva Evangelica.

IV. Ioannes in vinculis; ut afflictionum labore homo exeat è criminum carcere, infirmitatibus sanetur infirmitates, malis mala, culpa poenā? T. 4. D. 5.

V. Ioannes in vinculis, Tria sunt quæ patientiam subtrahunt: anxietas nimia doloris, causa iusta innocentis & indignitas inferentis. Ex Bernar. sentent. 2. n. 1. Dolor patet in vinculis, innocens Ioannes, illator Herodes. T. 4. D. 4. D. 5. n. 2.

VI. Ioannes in vinculis. Per tribulationes animam Deus libet: à servitute, à vulnere, à morte. A servitute diaboli, à vulnere voluptatis, à morte criminis. Ibid.

VII. Ioannes in vinculis. Exhibetur figura peccatoris. Ad mala totus avidus, totus promptus, totus facilis, totus sapiens, totus sollicitus: ad bona totus durus, totus piger, totus tepidus, totus stultus, totus incredulus & rebellis. T. 3. D. 4. n. 8. T. 6. D. 5. n. 19.

VIII. Ioannes in vinculis; sicut pravi in catenis peccatorum, quia non erunt & consuetudine neque vinculis gravantur. T. 3. D. 4. T. 10. D. 4.

IX. In vinculis, sed sine causa, plus passus à iudice, quam sub lite. T. 5. D. 8. T. 8. D. 1. à n. 10. T. 9. D. 1. n. 13. D. 5. n. 10. Vide *Præfati. VI.*

X. Ioannes in vinculis. Carceris vel litis? Magis gravant lites, quam compedes: exitus curæ, quam catenæ. Vincula levia præ gravamine litigantium, respectu ministrorum. Ibid. & T. 7. D. 1. n. 5. D. 5.

XI. Cæci vident, & beatus qui non fuerit scandalizatur. Mirabilia sunt scandala? Simul obijciuntur Ioannis vincula, & Christi miracula. Signatur in prodigijs, quæ boni plaudunt, apud pravos quo deveniunt: nocent enim præclaræ dotes, læduntque singulares virtutes. T. 1. D. 1. à n. 3. T. 7. D. 1. à n. 5. T. 8. D. 4. à n. 21. Vid. *Invitia.*

Domin. III. Advent.

I. Tu quis es? Homo. Quid in hac conditione suggerendum menti? *Nescit se ipsum.* T. 1. D. 4. à n. 4. Cogitandum unde venimus, quò vadimus, quid sumus, unde sumus, quid fecimus, quid facimus, quid facere & fieri potuimus, quid nobiscum Deus fecit, quid præ ingenita pietate non fecit, & facere potuit. T. 3. D. 4. n. 8.

II. Tu quis es? Monachus. Sequere vocationem, emulare virtutem, prosequitur status perfectionem, seculo renuncia; & tempus quomodo te geras, cogita. Vid. *Monachus à I.*

III. Tu quis es? Prælati? Fugias arrogantiam, vanitatem, fastum, superbiam, insolentiam, pervicaciam. T. 6. D. 6. à n. 4. Perperam res rector ex celsitudine, quæ debet esse humilior & modestior; patet elatis elator. Ibid.

IV. Tu quis es? Subditi? Sis quod sonat: minime ut prava libertate superior fias. Cum socijs sis comes, cum inferioribus humilis, cum Prælati exemplar honoris: desici à subiectione: quisquis non pepererit linguam, cum quos sedans, cunctis iniquans, in cunctis osculans, quoniam totum mundum in alios iacere sordes, quin ulla fama sit integra, nec honor comite gloria, illæta maiestas, immunis auctoritas, illibata dignitas, incolumis thronus, nec venerabilis virtus. T. 7. D. 6. n. 7.

V. Tu quis es? Princeps? Memento oneris, non maiestatis; sed licet maiestatis, cum gratia & Tom. II.

benevolentia amaris. T. 6. D. 2. D. 5. n. Vid. *Princeps & Regimen.*

VI. Tu quis es? Iudex? Sis iustitia integritatis formâ. T. 8. D. 1. n. 7. Imò ipsa iustitia in causarum iudicio, pectore recto, quia non solum necessarium rectum facere; sed etiam recte. Ibid. n. 12. T. 6. E. n. 25. T. 9. D. 7. n. 12.

VII. Tu quis es? Iurisconsultus? Ministerium tuum imple, ne tibi dicatur, Contra veritatem fecisti, iniquitati assuisti, iudicem fessilisti, iustam causam oppressisti, & denique de falsitate vicisti. T. 7. D. 5. n. 6.

VIII. Tu quis es? Advocatus? Ne sis Rabula: cui tenor legum tantum aurum, questus iurgium, ins luera, veritas emolumenta; ut technis proterant veritatem, emungant divitem, damno innoctentem, colorem fallacem, fucem virtutem, nequitiam defendant, ac denique per nefas census acquirant. Ibid. & T. 5. D. 8. n. 11.

IX. Tu quis es? Medicus? Memor sis officij, non in lenimen ægotantium; quippe cui numeris, obviare vitijs, occurrere malis, curare viceræ, compellere toxica. T. 6. D. 5. à num. 8. T. 7. D. 5. à n. 7.

X. Tu quis es? Medicus Spiritalis? Ne demulceas poenitentes, distimulando virulentiam vitiorum; quia tui muneris, relegere scelera, tollere scandala, inferre plagas, repellere Dei offensas: ut flagitiorum deformitate, atque fulmine, nequam terreatur; quia blandimine fovetur. T. 6. D. 5. à num. 9. D. 8. à num. 1. Vid. *Dominic. 5. Quadrages.* à n. VII.

XI. Tu quis es? Quis, non Unde; ut honor sit in credita dignitate. Ad illius honorem Unde suspiciosum est; quia amor patriæ non amor, sed furor, rationis dolor, dulcis phœneus, stoliditas plausibilis. T. 2. D. 6.

XII. Tu quis es? Ex invidia, qui missi in collationem dignitatis, erant ex Pharisæis, Exilivore totus paulus, sed dolosus ad Baptisam concursus. Perdide invitare ad dignitatem, ut ex contenta constare valeret crimen, quorum amicitia sutela, malignitatis industria, obsequium venabula, sagittæ, reia; quippe perditus demonium, hominis larva. T. 2. D. 4. T. 4. D. 6. num. 10. T. 7. E. num. 8. T. 10. D. 3. n. 5.

XIII. Ego vov. Magnum encomium, dum relictus ad nihilum, ut implet ministerium, oblitus sit; igitur magnus in munere, qui tantum est non sui; sed officij crediti. T. 9. D. 1. à num. 5. D. 5. à n. 13.

Dominic. IV. Advent.

I. Sub Principibus Sacerdotum. Quidni tò Sub, de alijs Principibus, sed de Ecclesiasticis? Erant pessimi & demones insulati, in quibus tyrannidis libertas, criminum impunitas, abulæ potestas & potentia malignitas. T. 2. D. 4. n. 7. D. 7. n. 15. T. 6. D. 4. T. 7. E. n. 7. D. 4. n. 1. Vid. *Præfati. VI.*

II. Sub Principibus Sacerdotum. Summum discriminis; ubi Ecclesiastici Principes peiores, quàm sæculares; quorum regiminiæ nigrescit maiestas, pallescit auctoritas, & moeret credita dignitas. Ibid. Igitur cum vitijs thronus sine honore, culmen sine celsitudine, munus sine auctoritate. T. 6. D. 5. à num. 4. Torquet fastus auctoritatem honoris in ostentationem vanitatis; subditos despiciet eò dumtaxat quia

Silva Evangelica.

quia subditos habet. T. 6. D. 6. à num. 4. T. 9. D. 2. num. 8.

III. *Sub Principibus*. Sub, scilicet & appositè: indicat gravamen illatum per Superiorem. Ibid. Igitur tunc non regimini manus, sed gravissimum onus. Ibid. à n. 2. D. 2. à n. 3.

IV. *Sub Principibus* scelestis: non erant homines, quippe oppleti conditione & naturâ iniquitatis. T. 1. D. 3. Dum nequam infolio sedet, iacet; dum ascendit, corrumpit: cuius gloria ignominia, & decoris dignitatis dedecora. T. 5. D. 7. n. 13. T. 6. D. 8. T. 9. D. 5. n. 10.

V. *Prædicans baptismum penitentia*: qua dolor criminis, & offensa Numinis animas lapsas & etiam relapsas erigit, frenum rationi dominatrici adversus cupiditates restituit, supplicium suspendit, & poenam poenis remittit. T. 2. D. 2. n. 11. T. 5. D. 4. n. 12. T. 8. D. 2. n. 4. D. 3. à n. 5.

VI. *Baptismus Penitentia*. Ad cunctos extenditur vox; loquitur peccatoribus ut convertantur in penitentiam: penitentibus ad gratiam; iustificatis, ut aspirent in gloriam. T. 3. D. 4. à n. 2. T. 10. D. 3. num. 6.

VII. *Facite fructus dignos penitentia*. Quorsùm *Dignos*? Ut ex dolore liberentur à vulnere, & fulgent lachryma candida. Est lachryma candida, si sit penitentia temperè: nigra, si in morbo vel morte. T. 2. D. 2. n. 10.

VIII. *Facite fructus*, &c. Facite statim, non cras & cras proroganda penitentia, quia periclitatur anima, & iure dubia; an sit in infirmitate vera, vel falsa timore mortis, vel avertente criminis, vel amore Numinis. T. 1. D. 4. n. 12. T. 2. D. 2. n. 3. T. 5. D. 4. n. 6. T. 8. D. 4. n. 16.

In Septuagesima.

I. *Exiit primo manè*, &c. Omni tempore, & vigili sollicitudine, & per se: qui non exercet officium; non habet; nec præst cum proficit: nec regit modò non à lege regatur, atque dirigat directus: quippe illo tunc illi thronus, sed non directionis usus. Dignitas, honor, atque auctoritas que fulget, fuit exercitio potestatis cadit: tum insatiabili ambitione: tum subditorum blandimine, urgentia scordiz, dispendentiâ indulgentiz, atque fatuitate gratiz. T. 6. D. 5. à n. 5.

II. *Exiit primo manè*, & hora ultimâ, operarios, ne desideres fierent, quærere Oriantur, sæpè que delinquunt, ubi Superiorem non consideram præsentem: qui semper subditos vel absens debet respicere, & quò & quomodò dirigunt gressus, videre. T. 6. D. 2. n. 14. T. 10. D. 1. n. 7.

III. *Exiit*. Forma datur quomodò quærendi operarii, ut electione sint digni. Non votandi qui veniunt ad officia, sed qui fugiunt: à zelante electore digni & habiles inveniuntur, si quæruntur. T. 5. D. 2. à n. 8. T. 6. D. 8. T. 9. D. 1. à n. 7.

IV. *Quid hic statim tota die otiosi?* De otiositate tantummodò queritur, quia in illa tota iniquitas invenitur, qua specie hominis malitiz demonis: quippe otiosus nonnumquam curiosus & malignus. T. 1. D. 3. T. 7. D. 5. à n. 14. & D. 1.

V. *Quid hic statim otiosi?* Otiosus, qui nihil agit: otiosus Monachus, si quotidiè ultrâ, in virtutem non procedit. T. 3. D. 1. Flamma virtutis sopita ex vocatione falsa, totâ negligentia in spiritali vita, summo periculo: quippe plus quam imperfectio, maiusque,

dum periculum ut tale non cogitatur, & iter devium aggreditor. T. 1. D. 4. n. 13. T. 1. D. 1.

VI. *Quid hic statim*, &c. Otiosi nonnulli ddm off. iost. Est summum otium, ubi in officio operantes nihil faciunt. Nesciunt orare sicut oportet, quia vagâ mente absque ulla attentione & devotione sunt in officij sacri munere. Non oratio, si cor filer, sine quo oratio minime imperatriva; sed vana, inanitas, & dolosa. T. 3. D. 2.

VII. *Quid hic statim*, &c. Sicut in orationis præfate officio nullum officium; ita in studio lætionis nullum studium, siquidem sine fructu quòd legitur non legitur, si legitur ut legatur: quo nulla utilitas, sed vana curiositas. T. 3. D. 4. à num. 4. Vid. *Lectio*.

VIII. *Hi novissimi una hora*, &c. Quia prius vocati fuerunt, plura petunt; verùm plus non laborarunt. Datur merces iuxta meritum, & quia plus meritis non concessum, incessanter queruntur; quasi habuisse munus honoris eider meriti ad honorem alterius muneris, cum ob munera non querenda munera, que non sunt merita. In mercedem merita necessaria, non ad specimen meritorum signa: quorum titulo impulsu insatiabili ambitione à seipsis exponuntur indigni. T. 6. D. 5. D. 8. Vid. *Electio*, *Dignitas*, & *Indignus*. Vani, nihili, & ad nihilum; quippe totum præsumptione, quouaque puncti evacuentur vanitate. T. 9. D. 5. num. 10. Vid. *Vanitas*.

In Sexagesima.

I. *Exiit qui seminat & ddm seminat*, &c. In munere intimatur exercitium, quod pendet ab actione seminantium. Audientur sæpe in seminatione verbi Dei, nuda verba, operibus vacua, que verba & verba, ac seminantium audacia cum optica nescientia, ac infelicitate contracta: infelix seminator est qui nescit & docet; qui non docet & docere valet; & qui non facit que docet. In primo est sal sine sapore; in secundo lucerna lub modio voluntaria obsecratur; in tertio mens sine mente, lum in sine luce, sal sine sale & intellectus sine intelligence. T. 3. D. 3.

II. *Dum seminat*, multoties non seminat, qui exit seminare: quippe non est semens nec seminantis, bona loqui & prava sequi: alios illuminare, & seminare orem cœcitate: Scripturas proficere, & Scripturas nescire: alios movere, atque motorem stare. Ibid. à n. 12.

III. *Dum seminat*, & bona coram hominibus etiam sint accepta habitu, actione, & sermone. Habitu, ne sit notabilis. Actione, ne sit reprehensibilis. Sermone, ne sit contemptibilis. Ibid. n. 14.

IV. *Dum seminat*, &c. Male seminat, si prius sentes feminans non aberrant: ut oblit vitij, occurrat malis, illuminet mentes, tollat criminum scandala, conscientiaz flagitia, suaviter corda alligando, & severè minus in iniquis fulminando: tum mulcimine æternæ felicitatis, tum æternæ fulmine damnationis. Ibid. & T. 6. D. 5. à n. 8.

V. *Dum seminat*, &c. Male seminat, qui tantum seminat verba, instans quasi sapientia, arrogantia. *Dicit quia dicit sum & nescit*. Dicit excellere sanctitate, virtute, scientia, & facultatum doctrina. Dicit & nescit, quia tantum dicit. Ibid. a. n. 1. & T. 9. D. 1. à n. 7.

VI. Aliud

Silva Evangelica.

VI. *Aliud cœcitat fecit viam*, &c. Conculcatur devotiois flamma, ubi in religiosis sæculi propè via. Non sunt, ubi sunt, sed ubi cor; quippe mundus minime abducitur, si non affectus: à cæcis memoria oblioviois fractâ fide, prostrata virtute, ac luce vocationis sine splendore. T. 1. D. 1. à n. 4. T. 3. D. 1. à n. 16. T. 10. D. 1.

VII. *Natum aruit*, &c. Si cor petra, in perfectionis virtutum semen non habet humorem: igitur ex pigritia vocationis nullus factus, nullus fructus, nullum opus. Ibid.

VIII. *Natum aruit*. Malum quòd perijisset semen bonum: at pessimum si inane quòd cœcissimum produdebat generosissimè fructum. Pigre agendo nihil agitur: non agitur quòd negligitur, laboris tadio: atque virtutis fastidio. T. 3. D. 1. à n. 8.

IX. *Aliud cœcitat interi pinas*, &c. Spinz sunt sollicitudo sæculi, affectio vanitatis, fucus virtutis, atque fastus sine fulcro perfectionis. T. 1. D. 1. T. 3. D. 1. num. 18. D. 2. n. 17. T. 7. D. 6. n. 9. T. 10. D. 1. D. 2.

In Festo 40. Horarum, &

In Quinquagesima.

I. *Illudetur, flagellabitur, conspuetur*, & in hoc tempore ddm peccatis affligitur, mundus à caritate illuminatur. *L. r. vii* procedunt diebus in his dæmones homines: quin præ velamine cognoscatur dolus mundi peccati & inferni. Insanus habetur, qui non insanit: insipiens qui non desipit, & furiosus qui non furit. T. 8. D. 5.

II. *Illudetur*, &c. Quia his diebus gula regnat, luxuria ovat; insania triumphat. *Mundus clamat: Ego desicio*: diabolus clamat: *Ego decipio*: caro clamat: *Ego inficio*: Christus clamat *Ego reficio*. *Fremit mundus, premit corpus, insidatur diabolus*: verùm præfente Christo, nec dæmon fallit, nec mundus floret, nec caro pungit. T. 7. D. 4. à n. 3. T. 8. D. 5.

III. *Illudetur*, &c. sed *resurget*. Exponitur his diebus per ludibria indulta, Christi ignominia simulque gloria: gloria insanas fugientibus: ignominia ignominiam lætantiâ, dum ille cælesti gratiâ relegere intendit monstrâ. De ore draconis probabant tres spiritus immundi in morem ratarum. *Apoca. 16. 13*. Mundus scilicet, caro & dæmon in ranarum formam; propter fœditatem, procacitatem, atque contumacem impudentiam. Seducit caro per cogitationes voluptuosas, mundus per vanas, diabolus per malignas. Ibid. & T. 8. D. 1. n. 3.

IV. *Illudetur*, &c. sed *resurget*. Salvator suscipit, quos vis inimicorum impellit. Impulser diabolus, impulser mundus, impulser corpus. Diabolus malitia, mundus vanitate, corpus corruptione. T. 8. D. 5. n. 9.

V. *Insit, cæcum adduci ad se*. Christus vocat, sed homo cæcus furdescit: illuminat, sed lumina claudit; quia plauditur insania, extollitur falsa lætitia, magni habetur apparentia voluptatis, usus phrenesis, licentia temporis, libertas furoris. Ibid. n. 7.

VI. *Insit cæcum adduci ad se*; ut ad se adductus esset cæcus: in quo Salvatoris gratia: sed videntur cæcitate premebat amplior miseria: quia ipsi nihil horum intellexerant, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant que dicebantur.

igitur quorum his diebus illuminati ad Sacramentum (ubi Christus præfens) fugiant; inimici sagittantur. Elucet quantum cultoribus proficit (quin deficiat) reficiat, efficiat, & quantum sagittantibus officiat. Ibid. n. 7. & 11.

VII. *Domine, ut videam*. Quid videndum? Salvatorem cæcitate archatrum; & victorum expulso-rem, & pœllarum que evertant hominis sensum scilicet teneritudinis, carnis, que Dâlila. Amoenitatis mundi gloriæ, que Izabel. Incogitationis futura vitæ, que filia Herodiadis, amputans virtutis caput. (Ex Bernard. *serm. 40. n. 3.*) Ibid. à n. 1. T. 7. D. 4.

VIII. *Domine ut videam*, dicit cæcus, qui ad Christum adductus. Miraculum exoptat. Necessè planè, quòd medicum querat, cæcitate cognoscat, & in salutem ac illuminationem, aliquid faciat. T. 5. D. 4. à n. 7.

Feria 4. Cincrum.

I. *Nolite fieri sicut hypocrite*, sed cogitare quid estis. O homo! conceptio cuius culpa, nasci poena, labor vita, atque mors ex peccato necessaria. Cogita unde venis, & erubescet. Quò itas, & iugemice. Quò vadis, & expavesce. Quo iturus, & contremisce. T. 1. D. 4. à n. 1.

II. *Memento (ne sis hypocrite) quia pulvis es*, & in pulverem; ut homo veritè non sis, sed appareas verus & simul fictus, vanitatis similis, in esse miserabilis, vita calamitosa, que mendax, fugax, & fallax. T. 1. E. à n. 1. D. 1. n. 11. D. 2. à n. 1.

III. *Memento quia pulvis es*. Si pulvis, unde dicitur homo? Ut hominis per pulverem demonstraretur conitio, modò in se sit; quippe aliud concipit cor, si pulvere exaltatur super se. T. 9. D. 5. à num. 3.

IV. *Memento*, &c. Pulvis homo, ne sit, pulvis, sed in pulvere homo, dominante ratione. Homo est in pulvere, si rationalis utitur essentiali qualitate. Non homo, sed pulvis homo, qui deficiat à ratione. T. 1. D. 3. n. 17.

V. *Memento homo*, quia vel dum homo, fragilitate conditionis planissime pulvis triplici morbo in principio, medio, & fine: nativitate, vitâ, morte, Nativitas profecto imunda, vitâ perverâ, mors periculosa. Ibid. & D. 4. à n. 1.

VI. *Memento*, &c. Unâ se sis, ubi, & quandâ. Unde, ex mortali parente. Ubi in continuo certamine. Quandâ, lub neccientia angore. Ibid. à n. 4.

VII. *Memento*, &c. Unde cogitare debemus, quid in pulvere sit homo, quomodo sit & ad quid sit constitutus. Ibid.

VIII. *Memento, quia pulvis*, idest *Memento mortis*, cuius cogitatio conervat iustitiam, peccatori conserat gratiam: deliro reddit prudentiam. T. 10. D. 6.

IX. *Memento, quia pulvis*. Indigent homines iudicio mortis. Alij, ut peccatores phrenetici: alij, ne sint peccatores. Hi, ne cætant; illi, ut in penitentiâ nem & gratiz splendorem surgant. Ibid.

X. *Memento homo, quia pulvis*, quid erit tibi in articulo mortis. Horror in exitu, dolor in transitu, sudor, pudorque in iudicio. (Ex Bernard. *serm. 12. de Divos. à n. 5.*) Ibid.

XI. *Memento homo, quia pulvis*. Memento ex pulvere, quid erit? qui non erit? quid potest fieri? quid fieri non potest? Ibid. & T. 1. D. 4.

XII. M-

Silva Evangelica.

XII. *Memento, quia pulvis in pulvere.* Pulverem te contemplate antequam revertaris in pulverem; ut non in pulverem revertaris, modo mortem ante mortem didiceris: ut valeat, sed non prevertat. T. 10. D. 6. Mortis non timeat iudicio mortis; ex cuius cogitatione acerbitas ipsa dulcis. Ibid. à num. 10.

Feria 6. post Cineres.

I. *Diligite inimicos vestros.* Magnum hostem non ledere; maius, diligere: maximum, studiosè benefacere. T. 10. D. 3. Magnum nocenti haud nocere; amplius, non parcere parcere; sed maximum, valere ulcisci, sed nolle. Ibid. à n. 6. & D. 5.

II. *Diligite inimicos.* Ars prudentiæ vulnus iniuriæ sentire, sed non demonstrare sentis: altior, ignorantiam assecrare: ne sit studium vellicati ultionum: superior, pro iniuria referre gratiam, ne compellatur peccus procedere in deiectionis vindictam. Ibid. à n. 2.

III. *Dico vobis: Diligite inimicos vestros.* Fecit quod docuit. Vide clementiam Domini Salvatoris: nec indignatione commotus, nec seelere offensus, nec iniuriæ violatus; qui etiam immemor iniuriæ, memor clementiæ inquit plebis corda demulcet. Ibid. & D. 3.

IV. *Benefacite his, qui oderunt vos.* Gratia, etiam ingrata mollescit corda, & reconciliat amicitia. T. 10. D. 3. à n. 6.

V. *Benefacite his, qui oderunt vos.* Non ulciscamini licet in honoris elevatione: ultio tunc est honoris ignominia, maximum dedecus vel iniuriæ memoria. T. 10. D. 3. n. 1. & D. 5. à n. 9.

VI. *Benefacite,* si vultis nobilissimè ulcisci. Inimicus vulneratur gratijs, percutitur beneficijs, tabescit donis. Ibid.

VII. *Benefacite & inimicos diligite.* Plestere Dei iniurias; sub specie odij; est charitatis insigne. Sic benefacite: sic inimicos diligite: non e contra, sub titulo zeli, sudij Dei, & velamine iustitiæ, suas in throno offensas, vel iniurias vindicare. T. 7. D. 1. num. 10.

VIII. *Vi sitis filij Patris vestri.* Non suspendatur gratia vel interveniente iniuriâ; ne ultoris innotescat desipientia, ex vulneribus vulnera, patriæque præcordijs; acrioraque sustineantur cruciamina: maior enim dolor ex vindicta, quam ex offensâ. T. 7. E. n. 34. T. 10. D. 3.

Domini. I. Quadrag.

I. *Dulsi est Iesus, ut tentaretur à diabolo.* Tribus Christi tentationibus, hostium animæ videntur iudicij: carnis peccati, demonis, & mundi. Carnis in gula, mundi in ostentatione vana, demonis in adoratione deridicula. Tentatio per gulam: *Dic ut laicidat.* Per gloriam, *Offendit omnia.* Per ruinam, *Mitte te deorsum.* T. 8. D. 1. à n. 3. Vincuntur pex iculium, per despectum, & ludibrium. T. 4. D. 5. à n. 3. T. 7. D. 7. Per abstinentiam, lectiorem, & orationem Ibid. & T. 3. D. 2. & D. 4.

II. *Vi tentatur.* Tria vitia sugillantur, quæ ab hominibus foventur: Hypocrius, ambitio, ac in delicijs voluptatis dulcedo Hypocrius, ubi cuncta vitia; cum quibus philautis videtur posse facere miracula. T. 1. D. 4. num. 3. T. 7. D. 6. n. 14. T. 10. D. 4. num. 14. Ambitio, quia modo videntur in fastigio,

stocci pndunt, quod affumantur à diabolo. T. 2. D. 7. à n. 9. T. 6. D. 7. à num. 1. Denique voluptatis cum gravamine ludibrium; quippe in illis totum studium adorare demonium. T. 5. D. 7. n. 13. T. 6. D. 7. à n. 2.

III. *Offendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum.* Verè nihil verum, sed ostentatio, gloria fallax, fugas, mendax: à sensitis despicitur, à stolidis amatur. Amor est error & oblectamina dolor, falsum gaudium: mundumque despectus moverisum in irrisum; claritatis mentis obvis dolus occultus, callida vanities, scena versatilis, totus labor, totus furor: gloria ostentationis cordis arumna, oculis colores & pictura & apparetia: in universo illecebra, fallacia, felix miseria: voluptas vana, gaudia cordolia, & denique embolia cuncta. T. 5. D. 7. n. 8.

IV. *Offendit, &c.* Offendit diabolus, quoniam etiam in ostentatione fugit: igitur cognoscit in vanitatibus caver. Species invitat, pulchritudine delectat, venustate fascinat, artibus assu decipit, strophis arte seducit: nade es cupidine ribilibus amor, quia mentis à fatuis cognocatur error. Ibid. n. 9.

V. *Offendit, &c.* gloriam dicit, quod gloriæ contradicit. Vincula huius sæculi asperitatem habent veram, iucunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem: durum laborem, timidam quietem, rem plenam miseria, spem beatitudinis inanem. Ex Augusti. Ibid. n. 14.

VI. *Offendit, Gloria huius mundi fallax est suavia est, & infructuosa labor, & perpetuus timor, & periculosissima sublimitas: initium sine prudentia, finis cum penitentia.* (Ex eodem in Psalm. 149.) Ibid.

VII. *Hæc omnia tibi dabo, si cædatis, &c.* Ambitiosus ut prævaleat in vanitate sua, cadit; et in vanum ab illo accipitur anima: igitur supponitur erga deum ipsa adoratione auctoritas; priusquam habeatur fallax adorata dignitas. T. 6. D. 7.

VIII. *Si cædatis.* Calus præmittitur, antequam ascensus; ut constet in dignitate collata à diabolo dolor, labor, terror, & furor & amaritudo: etenim sicine assumpti præteritorum obliviscuntur, presentia negligunt, de futuris timent. Ibid. & T. 2. D. 7. n. 18.

IX. *Si cædatis.* Ante ruinam ruina. Quanta peccatoris miseria! T. 5. D. 4. n. 7. In gaudij apparentia vera cruciamina; quippe ambitio radix malorum, fomes criminum, tota flagitia & seclera, cordis perperuum labor, error peccatoris & error. T. 2. D. 7. à n. 9. T. 6. D. 7. à n. 1. T. 9. D. 1. n. 10.

Feria 4. Domini. I. Quadrag.

I. *Magister, voluntas.* Voluntas, sed mala; quia propria voluntas. Perpendis quis in te sis, ne amorem proprio educaris extra te: illius veneno miser, miserabilis & pauper & cæcus & nudus; magis lamentabilis, quippequam necis. T. 9. D. 1. Pauper, quoniam virtutem non habes: cæcus, quia perperatam non vides: nudus, quia cæcitatem non cognoscis. Ibid. à n. 6.

II. *Voluntas.* Ius est, in cunctis conformari voluntati divinæ: hypochritæ verò intendunt Deum eorum voluntati conformari: quo fastosè & iactantur ita fallitur illorum philautum eorum; ut proprium dicatur commodum, esse quod sibi, iuxta voluntatem Dei. T. 1. D. 1. à n. 6. D. 4. n. 3. T. 7. D. 6. n. 14. T. 10. D. 4. n. 14.

III. *Ma.*

Silva Evangelica.

III. *Magister voluntas.* Petis philautiæ mater vitiorum, fovetur in corde in virtutum exterminium. T. 9. D. 1.

IV. *Voluntas.* Sunt semetipsos amantes, ubi plauduntur iniquitates quasi virtutes; ac sicut & legitime peccatoris, sunt immobiles cogitationes vanae, sed errabundæ, intumescentes in cunctis tam meritis quam demeritis. Ibid. & T. 3. D. 1. à n. 15.

V. *Magister, voluntas signum à seipso propter se.* Non dabitur signum, quia totum singularitas, pravoque in amore voluntas. Totum sibi, dum debet esse totum Numini; eò quod singularis sit puritatis, singularis gratiæ, singularis perfectionis; non modo nihil sperare nisi ab eo, sed nihil quærrere nisi eum. T. 5. E. n. 14.

VI. *Magister voluntas.* Et signum non datur, quod voluntas propria demeretur. Acquire duntaxat qui tantum quæsit in voluntate divina & promissis & præceptis & mirabilibus signis. De fide præceptorum (ut ait Bern.) oritur spes ventis: de fide signorum, spes gratiæ: de fide promissorum spes gloriæ. Ibid. n. 5. Ita in optata signa spes viget perfecta, vivæ beata. T. 1. D. 1. à n. 10.

VII. *Generatio mala & adultera.* Sic urantur, dum prævi à Salvatore, virtutis velamine, signa petunt. Hypocrius nota, coloribus sanctitatis pulchre depictis; quibus homines phantastici, multi volvi, voluites, desipientes, & simul intolerabiles: qui cum sint extimè pravitudo per illos à Deo miracula fieri. T. 9. D. 1. D. 5. n. 10. T. 10. D. 4. n. 14.

VIII. *Generatio mala & adultera,* quia sibi gloria, quia videatur sibi vana: unde degenerat à fide pessimulque philautus, mentis impositus, inanus, fuliosus atque phreneticus. T. 9. D. 1. à n. 5.

IX. *Generatio mala,* quia sequebantur crimina quærentes signa caelestia, ducti amore proprio; ut ex apparietia constaretur sanctitatis æstimatio, quod delirium in planis, maiusque tormentum: cum philautus ex amore conciliet odium, & velo virtutis floreat teterimus demon ibi. & T. 1. D. 4. n. 3. T. 3. D. 1. n. 18. T. 7. D. 6. à n. 9. T. 10. D. 1. à n. 15.

X. *Nivola surgent in iudicium.* Patet quam pessima generatio: etenim peiores quam faculares. T. 10. D. 1. à n. 8. Deaurati demones. T. 1. D. 4. n. 5. T. 3. D. 1. n. 17. T. 10. D. 1. n. 6. Perfectus offendiculum, secularibus scandalum, status perfectioris improperium, lociorum ignominia ac virtutum corruptela. T. 1. D. 1. D. 4. n. 13. T. 3. D. 1. n. 8. & 24. D. 2. n. 17. T. 10. E. 1. & D. 2. à n. 4.

XI. *Signum non dabitur.* Amore proprio nullum virtutis signum fiat: qui illo voluptuose ductus, perperam iudicat quid pulchrum, quid sanctum, iustum, & bonum. T. 9. D. 1.

XII. *Signum non dabitur.* quia petunt signum, non ut faciant quod ille voluit sed ut ille faciat quod illi voluit; ut appareat, illos velle quod vult ille. Huiusmodi indulgentia sunt vulnera recti regimini, & animæ pericula infatuati prædisidibus vivere subditos connivat ad lubricum voluntatis. Malè decuntur oves sine pastore, subditi sine præside, filij sine patre, ac sine medico ægroti: eò quod ordo tunc sine ordine, regimen sine regimine, potestas duntaxat nomine, atque dignitas sine ulla auctoritate potestate. T. 6. D. 5. à n. 7.

Feria 6. Domini. I. Quadrag.

I. *Est Probatica piscina, quæ cognominatur He-*

braie Bethesda: id est Domus misericordie: in cuius porticibus iacebat multitudo magna languentium, &c. In hominibus misericordis pietatis, & à clementia amantissimi cordis. T. 4. D. 5. à n. 2. T. 3. D. 4. à n. 9. T. 8. D. 4. n. 10.

II. *Multitudo magna languentium, & eorum, claudorum, aridorum.* Sine infirmitate valcudo corporis fortitudo in obsequium addebat iniquitatis. Ni languor, ingrederetur in crimina furor. Ni cæcitas, vellicaret animam oculorum lubricitas. Ni in gressum obstacula, errarent in processibus vestigia. Stellati præ ariditate nec habent motum: & ubi iacet multitudo aridorum, claudorum, eorum, atque languentium, habitaculum iurè dicitur misericordis; quoniam magna cœli pietas ad vitanda crimina esse sub infirmitate. Ibid.

III. *Multitudo languentium, &c.* Deus castigat ut erudiat; punit ut erigat; corripit ut amicitiam conciliet: ut infans præstat mentem, erranti directionem, stulto phronem. Mittit laborem in poenitentiam & gratiam: mittit corporis cruciamentum ut exleges phreneticis criminis videant furorem: magitudinem ut animo præcipiti imponat modum: & veterdi misericors restituit mentem. T. 8. D. 2.

IV. *Iacebat multitudo, &c.* Insuper pietas: Deitatis, singularis salus, gratia dilectio, repentina dignatio, stupenda dulcedo, invicta mansuetudo; per labores disponere hominibus viam in introitum ad gloriam, & paradisum æternæ felicitatis. Ibid. à n. 2.

V. *Hunc cum vidisset Iesus iacentem, &c.* O pietas! Promptitudo commendat gratiarum exaltationem: sed aliquid eminet etiam ultra promptitudinem. Hoc est Iesu amoris insigne, consuetudinis singulari favori. Afflicti genuat, levati à dolore volunt: desideria concipiunt, quorum in lingua nec voces gratiæ exaltationem, iact cordis disponitur auris: ut modus gratiam excedat, cum exaudiat gementes, antequam audiat. T. 8. D. 3. n. 8.

VI. *Vir sanus fieri?* Iacet. Saluti non consultit impius, est ad illam invitatus: quia placet morbus, & iacet desperatione insensitum. T. 1. D. 3. à n. 4. D. 6. D. 5. n. 19. T. 8. D. 4. n. 4.

VII. *Vir sanus fieri?* Nil dicit, & extra chorum psallit. Difficile velle, consuetudine peccati: quæ facit insensibiles incapaces medicaminis. Inclusus & conclusus, qui crimini mancipatus. Inklusus effugere valet: conclusus nequit. Peccare profectò molum; peius, crimina iterare: pessimum, in criminibus iacere. Ibid. à n. 3.

VIII. *Vir sanus fieri?* Iacet corporis ægritudine, quæ ab ægritudine animæ. Ibid. n. 10. Ab anima & in anima tacite exponit morbum: quin cognoscit medicum, cui criminum exponit vulnera, ut deleantur poenitentia. Periculum dum peccatum calcatur: maius, si impudens indulgetur: extremum, dum plauditur. T. 1. D. 3. n. 3. T. 5. D. 4. n. 7. D. 7. n. 13. T. 6. D. 5. à n. 8.

IX. *Vir sanus fieri?* Ambiguitur: nec cum dolore hæret peccatoris cor di dolor: nec dimittitur furor, si placet error. T. 8. D. 4. à n. 4.

X. *Tolle grabatum.* Gratia Iesu prompta, ut in gratiæ gratitudine splendat abundantia. T. 1. D. 5. n. 6. T. 5. D. 4. n. 2. T. 8. D. 3. n. 16.

XI. *Tolle grabatum tuum.* Operetur aliquid, ut Deus in salutem iuvet: quippe stolidum, sine operibus velle salutem assequi. T. 5. D. 4. à n. 7.

Tolle

Silva Evangelica.

XII. *Tolle grabatum tuum.* Prostris mirabile: ideo Iesus dixit, *Unum vobis feci & omnes mirabimini.* Exire crimum consuetudinem pravum coris opus singularis Dei: tota eius potentia necessaria pro huiusmodi indulgentia. Ubi morbus lethalis, salus iudicatur quasi impossibilis. *ibid.* & T. 8. D. 4. à n. 5.

XIII. *Tolle grabatum tuum.* Illic, quippe iam tempus. Probatum facti lamentabili pectore: & dum causa evacuata conitit: statim in sententiam expedienda. T. 5. D. 8. à n. 1.

XIV. *Ne deterius tibi aliquid contingat.* Quid deterius: Vana saluationis spes. Fallacia profectio, virulentum languorem alicam appellare sanitatem: dolus sanè, admittere crimen, & poenitentiam usque prorogare mortem: omnino utique solidè, illicite vivere, & cupere in pace mori: tota vita in societate demonis; & cogitare posse expelli in horam mortis. T. 5. D. 4. n. 6. Deridiculum, per miraculum æternam salutem adeptum iri concipere: sed planè delirium, miraculum expectare. *ibid.* & T. 8. D. 4. num. 16.

Domin. II. Quadrage.

I. *Assumpsit Iesus.* Sine illius adiutorio haud quid fieri in montem excelsum perfectionis assumptio. Illic ut possent discipuli ascendere; visitavit Iesus animum; excitavit auxilium, & effectum subrogavit ad gloriæ effectum. T. 1. D. 5. à n. 9.

II. *Assumpsit Iesus,* &c. Violenter ascendunt: vim patitur regnum colorum, & violenti rapiunt illud: sed se negant ut sequantur, & Magistrum æmulentur. T. 1. D. 5. n. 15.

III. *Assumpsit Iesus Petrum,* &c. Hos elegit ad gloriæ; quia illi, illius ut invenirent, vehementius adspirabant ad gratiam: qua Salvatoris amicitia, Principis benevolentia, Charismatum abundantia, ex demonibus trophæa; quippe cum eius gratia cuncta omnino bona, imò cuncta bona gratia. *ibid.* à n. 1.

IV. *Assumpsit & resplenduit,* cum oraret. Patuit ut illum audirent, splendor orationis, copia gloriæ, & abundantia lucis: igitur si fervoris in oratione remissio; non orationis perfectio, neque cordis oblatio, nec cogitatio sancta, nec affectio pura, nec intentio recta. T. 3. D. 2. à n. 1.

V. *Resplenduit facies eius ut Sol.* Virtutem orationis fervor elicitur in faciem: ut discipuli etiam orantem audirent, & minime desides dum orarent, orarent. Potentia rationales in elevatione animæ (si frigido corde) deviant a veris ab obiectis: etenim in his, quæ anima indiligenter agit, nec memoria Deitatis meminit; nec voluntas summam bonitatem diligit: nec intellectus divinæ præsentie maiestatem agnoscit. *ibid.* n. 4.

VI. *Assumpsit,* &c. Assumpsit in gloriæ, habentes in terra cælum, propter avidum in eius imitationem studium. Petierunt, & illis concessum votum: quæserunt, & invenerunt: ostium pulsant & labore ascendentes per avia & devia ab illis inventa gloria. Quæritur Deus legendo, invenitur meditando, ostenditur orando; ad eum ostium pervium contemplando. Meditatio elucet secundum interiorem intellectum, oratio secundum desiderium: contemplatio super omnem sensum. T. 3. D. 2. n. 7.

VII. *Assumpsit,* &c. & cum labore ut ascenderent, & gloriæ aspicerent, & illum simul in cathedra

audirent, & gloriosum & pœnis oppletum. Coemites gloriæ & pœna in Christi schola, ut mirarentur ex contrariis mirabilia. T. 4. D. 4.

VIII. *Assumpsit,* &c. Sed secum assumpsit, ne à labore excusarentur: cum viderent in ardua, est gloriæ: Magistri exempla. Nonnulli subditi non moventur ad leges nec exemplo superioris, & nequeunt regi visis virtutibus prædis. T. 7. D. 6. à n. 2. T. 9. D. 3. n. 8.

IX. *Ipsam audite.* Quid audiendum? ut gloriæ videant, quod semper in perfectionem ascendunt; vel è monte perfectionis cadunt, qui sensum in perfectione languescunt. T. 3. D. 1. à n. 5. Cum hinc inde se versant, marcent, & oscitant. *ibid.* à n. 18. T. 1. D. 4. à n. 12. T. 10. D. 1. à n. 7.

X. *Ipsam audite.* Ut perveniat per illum in crimum contritionem, gratiæ reconciliationem, atque gloriæ beatitudinem. T. 3. D. 4.

XI. *Ipsam audite.* Quid audiendum? à sapientia divina? Magna prorsus ex gloriæ cathedra, sed plena gloria ex se fit. Audiendum quid factus est propter nos. Dicitur virtutes altissimæ habentis, distinxit paupertatis, castitatis charitatis, sapientissimæ stulticiæ. T. 1. D. 1. n. 4.

XII. *Ipsam audite,* & in ipso gaudete: ut gloria post ascensionem in montem, fausse frumini: cum illa igitur non gloria gloria huius sæculi. Non de creatura gloria est sed de creatore: cui comparata omnis aliunde incunditas mœror est: luavitas dolor dulces amarum, decorum foedum. T. 4. E. n. 10.

XIII. *Ipsam audite,* &c. Pacificè vivatis. Minime audiunt, qui labore in laborem litigia quærent: igitur quamlibet sustinent intolerabilem poenâ, ut tenaciter sequantur vel iniustam causam. Furosi non ægrè ferunt inter iudices rabulas & scribas (qui Reip. pectis) versari, eorum officia & embolia nimis solvere, vel decipi, de iurijs gratulari urbanè frigiditates audire, dolos videre, vulneribus gratum vulum ostentare, & vel in exitu felici difficultate cause victorem ovantem vinci. T. 7. D. 5.

XIV. *Neminem viderunt, nisi solum Iesum.* Sac in solatium cunctorum laborum est: non soli stabant, si secum Iesum videbant. T. 4. D. 4. n. 15.

Feria 4. Domin. II. Quadrage.

I. *Accessit mater filiorum,* &c. Ritus exponitur secularium in avitas dignitates Monachorum: accedunt adorantes & petentes: non conferendæ per eorum intercessionem, ut dignè dignis conferantur dignitates. T. 6. D. 7. à n. 11. D. 8. à n. 1.

II. *Nescitis quid petatis.* Perè mentis impotes mulcimine honoris. Estis fulminia: cum ambitione sedere, nec erit flamma: etenim ob dignitatis commoda & filamina phantasia rutila, indigna prætermitruntur, crimina dissimulantur. T. 6. D. 4. T. 5. à n. 10. D. 7. à n. 2. T. 9. D. 3. Vid. *Ambitio, Dignitas, Electio, Indignus.*

III. *Nescitis quid petatis.* Si in dignitate sedere ambitiose petitis: non sedet qui sedet cum ambitione: in sede semper surgit, plus cupit, post habitam, post plura, maiora; post hæc, sublimia; & post illa, sublimiora. T. 6. D. 7.

IV. *Nescitis quid petatis* meritis ambitionis, quæ sensus infatuat, ambientes infat, tumentes titillans ut adorantes adorantur, & sedant ut erigantur. T. 2. D. 7. à n. 13. T. 6. D. 6. à n. 3. T. 8. D. 8. à n. 6. T. 9. D. 7. à n. 5.

Nec

Silva Evangelica.

V. *Nescitis quid petatis.* Elevatio in viris Apostolicis ex ambitu, penitus præcipitium, fomes temeritatum, atque stimulus criminum. Maximam vitæ perfectioris statui dedecus, honorum ambitus. Non solum religio proteritur; virtus calcatur, usurpantur præmia, foventur vitia; sed in ambitu dignitatum, ubi supplantat maiestas; aride ad votum, vel horribilior iniquitas. T. 6. D. 7.

VI. *Nescitis quid petatis.* Non est requies sed labor, quod splendor, onus quod honor: non felicitas sed calamitas, & servitus quod auctoritas. T. 6. D. 2. à n. 11.

VII. *Nescitis quid petatis,* quasi Principis gratia indignorum essent merita. T. 9. D. 1. num. 14. Si ne meritis petitione dignitatum per ambitum non sunt digni: & qui indigni dignitatum dedecus, honoris approbrium, ac subditorum ludibrium. T. 6. D. 8.

VIII. *Non est meum dare vobis.* Petitionem ex ambitu expulit citò; ut illi citò scirent frustrari voto; quo nimis vel negando, amicitibus favit; etenim liberavit à sollicitudine, ab ambitus anxietate, à spe, ab expectatione: tormentum enim expectandi grave, diu pendere. Perisique hoc vitium, ambitione prava differendi promissa; ne minor sit rogantium turba. Causas protendant, iudices adhibiti impediunt prætermissi, obliviscuntur locupletati, ementes lites, vendentes intercessionem. T. 3. D. 4. à n. 1.

IX. *Non est meum &c.* Modeste repulit; audaciam arguit & ambitum vel in amicis repressit. T. 1. D. 1. n. 8. D. 2. n. 14. T. 6. D. 4. à n. 7. T. 7. D. 1. à n. 10. T. 9. D. 7. à n. 12. D. 8. n. 13.

X. *Non est meum &c.* Correktionis munus, quamvis sit causa indigni prudentià modo, iustitià, iudicio. T. 9. D. 7. à n. 6. D. 8. à n. 11.

XI. *Non est meum &c.* Altè quidem, dum promittit, ne rubore suffundantur, calculationem in denegatione munerum. Taxantur in Superioribus doli intrinsicæ amaritudines sedentes cordi, specioso velamine zeli. T. 7. D. 6. n. 13.

Feria 6. Domin. II. Quadrage.

I. *Homo erat Paterfamilias.* Homo dicitur & pater: severus & blandus: blandus ut pater, severus ut homo. Est dignitatis decus maiestas & amor: ex utroque auctoritas maiestas & honor honoris. Præstat amor securitatem; metus indicat celsitudinem; circumspectio maiestatem; benevolentia amplitudinem; pompa adfimationem; representatio adhoramem; cultus reverentiam; & conciliat severitas observantiam. T. 6. D. 2. n. 15. D. 6. n. 9. T. 9. D. 7. n. 16.

II. *Plantavit vineam ut redderet agricolæ fructus.* Optimum regimen ubi regitur amore, non potest: haud insulatum terrore, sed externa & interna mansuetudine. Plus potestas valet amoris quam respectus potestatis: plus favor gratiæ quam formidinis species: monumentum enim moenia ac propugnacula vineæ & rectori in coercionem agricolarum amor civium. T. 6. D. 6.

III. *Locavit eam agricolis.* Vineam Ecclesiæ agricolis: *Sacerdotibus scilicet* (ut ait Bernardus de illorum Dignitate, n. 16.) *non ex nomine, sed ex virtute: conversatione, non solum officio: merito, non vocabulo: sanctitate, non ministerio.* T. 6. D. 2. à n. 10. D. 5. T. 10. D. 2. n. 7.

Tom. VII.

IV. *Locavit eam agricolis idest Prælati,* & Rectoribus: quorum conditiones videbis. T. 10. D. 2. n. 8.

V. *Peregrè profectus est.* In eius oculis minime auderet peccare: quinimo si frons, ausus valeret compellere. T. 6. D. 3. num. 14. T. 10. D. 1. n. 7.

VI. *Peregrè profectus est.* Non ita male, ni processisset peregrè; quippe rector vel abentes debet respicere, & habere subditos coram oculis: ita ut illi absentiam etiam absentis non sentiant. T. 6. D. 2. à n. 12. D. 3. à n. 1.

VII. *Peregrè profectus.* Pessimus, si præsens abens, cuncta connivens. Subditorum enim audacia ex præsidum socordia, & ex nimia criminum indulgentia. *ibid.* & T. 6. D. 4. D. 5. à num. 11. T. 8. D. 2. num. 13.

VIII. *Alium occiderunt, alium verò lapidaverunt.* Quid non facerent subditi pessimi & resuscid Degunt ignominia præsidum, eorum flagellum atque sociorum: studia malignantium, morum corruptela, astus, dolus, strophæ trixæ tragula embolia & irritio continua erga bonos & bona. T. 7. D. 6. num. 13.

IX. *Alium &c.* Rustici ac viles imitatorum insolentes in honore, & quia indigni, & quia servi, elevati ex pulvere & misera conditione. T. 1. D. 7. T. 6. D. 6. à num. 2. D. 8. à num. 1. T. 9. D. 5. à n. 10. T. 10. D. 3. n. 11.

X. *Verberantur sicut membra.* Qui viles servi nequaquam verberantur; est facti nimis atque digni. Averfantur enim relictitudinem prædis, quaruntque omnimoda corruptelam libertatis. T. 6. D. 3. Acculant, mordent, vellunt quem debent plaudere, impolluris odij, colorato titulo zeli. *ibid.* num. 15.

XI. *Verberantur sicut membra,* quem missi in præsidem: missi in mortem per huiusmodi prædis: qui pravo studeat reducere in legem; damnatur ad lapides, ad vulnera, ad crucem, ad mortem. T. 4. D. 6. à n. 14.

XII. *Hic est heres: venite occidamus eum.* Daurit vocabulo summa in malos severitas appellatur; & causa in expulsiorem freni & coercionis quaritur. Qui præ munere cohibet à malignitate, ardet à crimine cohibet in observantiam latorum legum; signant prævi, atque vocant tyrannum, durissimum & stolidum. Apud illos iniquitas quæ disciplinæ severitas. T. 6. D. 3.

XIII. *Venite occidamus eum.* Desponderunt animum, & proterunt post stulitiam lorum; cupientes excusare crimen ac defendere ampliore iniquitate iniquitatem. Calcitriones, effrontes & audaces, quia regnat Erinny; avidè percipiunt prælatum mutum, surdum, & excum. T. 7. D. 6. à n. 12.

XIV. *Venite occidamus eum.* Peccandi est amor, non innocentia; delinatus ad scelus, ad piculum promptus, paratus ad crimen, causas innocentia non requirit, ius abrogat, confundit fas nefasque. Cui nequitia sodalis, odiosa est aequitas, & semper amica iniquitas. *ibid.* ex Chrylogo, n. 13.

XV. *Hic est heres: venite occidamus eum.* Cogitatio & cupiditas & lividi. Nonnumquam doctibus speculabilis interimitur à meritis. Si micat splendor, insidiatur livor: ut pro fulgore introducat dolor. T. 1. D. 2. T. 7. D. 1. à n. 5. T. 8. D. 4. à n. 21. Vid. *Lividitas, & Merita.*

XVI. Ma

Silva Evangelica.

XVI. Malis male perdet. Unde si florent? Talem si probis non patiantur pravi; in pravis patitur, a se, a dæmone, a piaculis, a flagitijs, ab inobliqua culpa, a velleitate conscientia. T. 1. D. 3. n. 6. D. 4. n. 9. T. 2. E. n. 3. T. 6. D. 4. a. num. 16. T. 7. D. 1. a. num. 1.

Dominic. III. Quadrage.

I. Erat Iesus eiciens dæmonium. Homo erat sub dæmone; & non dicitur homo; dum sub eius potestate. Erat hominis imago, diaboli filius; & unum cum diabolo. T. 1. D. 3.

II. Eiciens dæmonium. Homo erat, sed sub diabolo non homo; quippe non rationi, sed mancipatus peccato. Ibid. a. n. 15.

III. Erat eiciens dæmonium. Non dicitur, quod instabat in medellam caritatis & aliorum symptomatum. Quosdam dicendum: totum esset inutile: non ullam languoribus animæ medicamentum; & si prius occasionem non eijceret dæmonium, propter crimina ingressam. Relinquenda occasio peccati in medicamentum; ut medicus possit sanare languorem, &que conferre salutem. T. 4. D. 5. num. 3. T. 8. D. 4. num. 5.

IV. Erat eiciens dæmonium, quod vexabat hominem: qui quidem traditus in vita satanæ, ut spiritus saluus fieret: malis corporis revelavit animam, curatur vulneribus vulneri, & culpa expellitur poenâ. T. 2. D. 2. num. 1. T. 4. D. 5. a. num. 5. T. 5. D. 4. num. 12. T. 8. D. 2. num. 4. D. 1. num. 5.

V. Erat eiciens dæmonium. Quosque fulgurant miracula: surdus audit, cæcus videt, mutus loquitur, & possessus a dæmone liberatur. Sicine habetur, qui dæmoni mancipatur; cum insensatus ostenditur: igitur non sentit caritatem, nec vocis privatorem, nec letam aurem, neque dæmonem presentem. T. 5. D. 4. a. n. 4.

VI. Eiciens dæmonium, qui hominem occupavit; lamentabilem prorsum, sine usu sensum. Iacebat sub dæmone potestate oppressus crimine. Cæcus non videbat ex vulneribus periculum: surdus, in salutem nec audiebat verbum: mutus, ut iuvaretur, loqui non poterat. Iacebat, nihil ab illo actum; ut rediret in seipsum, de actis doleret & poenitentiam ad salutem ageret. Ibid. n. 7.

VII. Erat eiciens dæmonium. Exponitur ficine Christus, ut exercitibus amuletur in expulsiōnem dæmonium integer & severus confessorius: igitur aliquando dæmonem ab anima non eijcit, sed nequitie fovet. In poenitentia debet esse munere medicus (secus familiariter aulicus) cuius pharmacis sanetur egrotus; ne blandissime procedatur in dæmonem. Moritur anima, quæ morti ex crimine ac vulnere subdita; quia vulnus non signatur uti vulnus, imò quod grave dicitur leve: unde impediabile dæmone prorsum: & intimius anima vulneratur; quippe a medico permittitur. T. 6. D. 4. n. 4. D. 5. n. 2.

VIII. Eiciens dæmonium. Confessorius utatur divinis preceptis & legitis ut possit expelli diabolus. Nonnulli, uti Curiales, grati cupiunt subditis esse, & capiti animis, animabus captivis, indulgentiam dominari: in quarum captivam, nihil presentius, quam voluptati loqui, in libertatem multo eregno blandiri, semper placere, nunquam corrigere, nemini displicere, averti dissimulare, munus ni in

commoda, non obire; quippe non erit optata utilitas, modò severi iudicis emicuerit austeritas. Ibid. num. 8.

IX. Erat eiciens dæmonium; ut sanabile fieret vulnus intrinsecum: aliàs sine medicina insaniabilis & pessima plaga. Miserum, quod plaga sine auxilio medicamentis: miserabilis, si insaniabilis livoris: sed extremum in perniciem, quod dedecet infirmum usque in cruciatina mortis. T. 6. D. 4. num. 8.

X. Locutus est mutus. Optimè confessus, si non negavit. Confessio (ait August. de Poenitent. cap. 10.) est salutis animarum, dissinatrix vitiorum, expurgatrix dæmonum: quid plura? obstruit os inferni, & paradisi portas aperit. T. 6. D. 4. a. num. 8. D. 5. a. n. 8. Vide Confessio.

XI. Locutus est mutus. Locutus est, si confessus. Perperam confiteatur, qui in crimine querit excusationem criminum, habens in Confessorio seipsum fulgidum ad infamem protectionem peccatorum; modò non sit iudex vel medicus, sed parafus, deaurans sceleria propter commoda. Ibid.

XII. Finis novissima peiora prioribus. Unde priora? Ex conscientia relabentis vanâ; igitur nequam cogitat, quia semel exivit; semper posse a dæmone liberari, atque salvari in morte, qui tota via mancipatus dæmoni. T. 3. E. a. n. 1. T. 5. D. 4. a. n. 6. T. 6. D. 3. a. n. 2. T. 8. D. 4. a. n. 16.

Feria 4. Domin. III. Quadrage.

I. Quare discipuli tui transgredimur traditionem Seniorum? Totum studium hypocritarum repunitur totum iactantunde ad exteriora; non in virtutibus, ut mundetur anima. Sunt enim albis, politis, ac lotis manibus, verum illotis operibus, plures numero (inquit Bernard. de Dignitat. Sacerdot. num. 16.) non merito simulatione, non sine specie, non virtutes commixtione corporali, non vinculo spiritali; carnis adiunctione, non cordis unitate: eruent conscientiam ad divina accedunt sacrificia. T. 1. D. 4. num. 3. T. 8. D. 6. num. 7. T. 10. D. 4. n. 14. Vid. Philantia & Hypocritis.

II. Quare discipuli tui? &c. Singularis impudentia & effrons pravorum audacia: illis videtur summa perfectio totius religionis relaxato. T. 6. D. 3. a. n. 1. D. 3. a. n. 1. D. 5. n. 11. T. 7. D. 6. a. n. 2. T. 9. D. 8. n. 4. & a. 14. T. 10. D. 5. n. 11.

III. Quare discipuli tui? &c. Qui ita pravi, stantem virtutem Sanæ, sed virtutis apparentia. Superstitiosius exterioritate virtutis sicut: commendatione traditionis, phantasticis, fanaticis delirijs, volatiles, desipientiores sine mente, dum sibi videntur sapere quorum sapientia ignorantia, scientia summa stultitia. T. 9. D. 1.

IV. Quare discipuli tui? &c. Erat exterius idolum zeli, interius reptilia & abominatio peccati: in cunctis ventiloqui & omnino pompatici. T. 8. D. 2. n. 14. T. 6. D. 3. n. 12. T. 7. D. 1. n. 11.

V. Quare & vos? &c. Deficiunt a lege & iustitia, avaritia religione larvata; quippe lex illis voluptas, voluntas, & cupiditas. T. 1. D. 1. n. 8. D. a. n. 14. D. 4. n. 4. T. 7. D. 6. n. 10. T. 10. D. 2. n. 1.

VI. Propter traditiones vestras. Liqueat in dolis malignitas: eò quod a Moyse propter libertatem cordis indulta aliqua, ab illis ambitur ubertas tota: si nonnulla, plura reliqua: modò isthac, alia, si alia, tunc. T. 6. D. 3. a. n. 3. & 14.

Silva Evangelica.

VII. Propter traditiones vestras. Improbri licita arbitratu quo permittuntur: & plauditur prætermissis Rectoris lenitas, si ab illo convivetur iniquitas. T. 6. D. 4. n. 8.

VIII. Propter traditiones vestras; quæ quidem a phantasia, adacter gloriosius quamvis lasa, quippe deaurantur crimina; & non nocentur atque corripuntur specie religionis deaurata. T. 2. D. 7. num. 20. T. 7. D. 5. num. 1. D. 6. num. 9. T. 10. D. 4. num. 14.

IX. Traditiones vestras. Hæ sunt quæ dicuntur colores legum, seu leges focate, quæ praxi ardorem sunt in usu tribunalium; & quo ligantur ad seculum dulciter & gravissimè pendere, vel adepta palma vincii; quippe altu multum solent litigantes detinere, causas producere, atque marsupia vacuare. Hi sunt qui emunt lites, vendunt intercessionem, deputant arbitros, dilata convellunt, attrahunt litigatores, probantur audiendo, transgressantur perambulans per intricatibiles plicatas. T. 5. D. 8. n. 11.

X. Populus hic labijs me honorat. Inficiatur entem honoris: quia solium labijs, quæ debet esse cordis: in dilectionem Dei tota anima, tota mente, toto corde. T. 3. D. 2. a. n. 4.

XI. Populus hic labijs, &c. Ne sit dumtaxat laborum & facilitate linguæ: reformetur oratio reverentia, puritate, & devotione. Ibid. n. 3.

XII. Labijs me honorat: sed sine honore nec ulla laus in laude; ni ornatur oratio naturali decore, ut in laborum sacrificio sit iucunda decoraque laudatio; cogitatione, affectione, & intentione. Cogitatio debet esse sancta, affectio pura, intentio recta, Cogitatio in memoria est, affectio in voluntate, intentio in mente. Ibid. n. 2.

XIII. Labijs me honorat: & nullus honor, dum promitur labijs divinæ maiestatis decor; ubi vaga cogitatio, frigida vel tepida affectio, & sine devotione locutio. Ibid. n. 1.

XIV. Labijs me honorat. Ex voce laborum minime laudis perficido, neque laudatio; sed voces & voces absque sacro utilitatis: tunc enim laudatio obliqua, & in labijs dolosa; quippe in Deum plaudendum minime intenta, Ibid.

Feria 6. Domin. III. Quadrage.

I. Operetibus cum transire per Samariam, Eum, vel feminam in in feminam peccatricis intendit commodum, quasi dumtaxat oporteret: cum sine illius gratia nequibat illa desistere peccata contracta; præcurratque Iesus gratia in peccatorum miserationem pronâ; ut singulari pietate deant sanæ menti & frugi. T. 4. D. 2. a. n. 8. T. 5. D. 4. a. n. 8. T. 8. D. 3. n. 4. D. a. n. 13. T. 10. D. 3. a. n. 11.

II. Fatigatus sedebat sic. Patitur quod ab homine delinquitur. Quæ non rapit exolvit. Infirmabilis patientia, ut poenitentia anima appropinquare erubundam. Quanta in eius vulnere medicamentum stultum Ibid.

III. Fatigatus sedebat sic. Inexhausta profum clementia. Errores dissimulavit, superledebat, indulget, & feminam expectavit, ut veniret; statimque requiescit dum illa ad illum propter poenitentiam accessisset. Opus amoris insigne, quod indulget, expectatque ut illa veniret; sed maius omnino, dum venientem suscepit. T. 5. D. 4. num. 1. Non solum fatigatus suscepit, ut veniret; sed eius adventum prævenit, plus fatigatus propter illam, quæ deviat;

quæ quidem venit, sed propter illum non venerat. Ibid. a. n. 1.

IV. Venit mulier, quæ sanè convertenda: stimulis conscientie auditio medico se movit, & in poenitentiam commovit; quò miraculum cordis immutatio potuit: igitur luxuriosus vel in dolore nil sentit. T. 4. D. 8. a. n. 10.

V. Venit mulier. Miraculum quod veniret, a venete seducta & Iria, quò circumventionem cognosceret: etenim dolus eius maior, dum non cognosceretur dolus: flores veniens flagitæ, splendor vulnus lethale: radius ignis, venustas iacula mortis: iudus laqueus, amor furor. Ibid. a. n. 1.

VI. Venit mulier. Venit serva, relinje libera: venit inops, redit opulenta: venit nigredine terda, sed redit candore pulchra: venit zgra, & redit sana: venit peccatrix, & redit coelestis: venit sine mica devitæ mentis; atque redit, in ordinem vitæ, ad quem nata, rationalis. T. 1. D. 5. D. 7. n. 17. T. 3. D. 4. num. 13. T. 5. D. 1. num. 12. T. 8. D. 4. n. 21.

VII. Venit mulier. Præclarissima divinitatis gratia, quod veniret, quæ quingue viros habuit cum nullum haberet. Expectavit in poenitentiam venire, divina clementia, quæ femina toties relapsa. Cogitatur contentio, quasi quid impossibile: pludus phantasia. T. 5. D. 4. a. n. 9. T. 8. D. 4. a. n. 3. & 11. Opus planè singularè Dei, n. 21. Iteratione criminum & piaculorum, in poenitentiam luxuriosus nec habent motum nec sentiam. Ibid. a. n. 11.

VIII. Domine, da mihi hanc aquam. Macle, Christus excitavit dormientem, direxit errantem, & potavit sitientem: imò quæ philtro felicitata a gratia auxiliante in vitam & animæ vitalitatis abundantiam. T. 1. D. 3. a. n. 7.

IX. Bone dixisti, quia non habeo vitam. Anam quæ casu dedit, ut a crimine educeret; dum illam Salvator carpit. Cognovit enim Veniens delicias dolores esse; cuius rose iacula: iocit, vulnera; illiicia, venena; gaudia, dementia; ac tempora vana. T. 4. D. 6. a. n. 1.

X. Bone dixisti, &c. Inferiores hostibus sunt ipse felicitates, quibus in precipitia corruunt: stultes mentes; & corrumpit nec cognoscent. Falxur voluntas, impellit caritas: inferitur quod dolor, ut homo videat, cælum auliat, iaceus surgat: etenim si semper egrotus malis gauderet, prorsum pariet. T. 4. D. 5. a. n. 8.

XI. Domine in video, Propheta et tu. Quod difficile, quod impossibile, quod miraculum videtur, amore Christi in conversionem animarum paratur. Tanto plus plauditur medicus, quanto desperatur egrotus. T. 5. D. 4. T. 8. D. 2. a. n. 7.

XII. Reliquit hydrum. Hydrum relicta, ut operaretur gratia; quippe occasio peccati ad illam necessario relinquenda: summaque gratia Christi, removere a peccatrice occasione lubricam iteratio peccati. T. 4. D. 5. a. n. 3. T. 6. D. 2. T. 8. D. 4. n. 5.

XIII. Reliquit hydrum. Maius miraculum Neri surgit a periculis, esse respicit semel naufragus; quia placet vasterius dolus: esse consulti liberati, qui addidit videri Veniens servituti. T. 4. D. 6. a. n. 7. T. 9. D. 8. n. 9.

XIV. Reliquit hydrum. Desideria luxurie multa, vana, nocua, & inutilia. Mulla, quia insatiabilis: nocua, quia acerba vel in delictis: vana, eò quod concupiscitur concupi centia: demum inutilis, quia

Silva Evangelica.

quia non sanatur remedijs. Totum labor, dolor, suor, & error. T. 4. D. 6. n. 8.

Dominic. IV. Quadrag.

I. *Alijs Iesu transmare*, &c. Cuius finibus finitils mundus. *Trans mare*, quia relinquendus. *Sequebatur eum*, quippe Christus imitandus: *videntes signa*, quippe quam ad nutum obediendus. T. 4. D. 4. n. 3.

II. *Sequebatur multitudo*, &c. Constanti corde: negligentes ille non diligit sed expuit & respuit. T. 3. D. 1. n. 16.

III. *Trans mare*. Multi volunt sequi sed in mari & periculis procella; haud trans mare, cuius spiritus & fluctus & summergeitur & suffocatur. Hic spiritus est lunaticus, fervescit, flammescit, languescit, arefcit. T. 1. D. 1. T. 3. D. 1. n. 17.

IV. *videntes signa super his qui infirmabantur*. Est virtutis perfectio: sibi consulunt & instituto. Alij abdicant signa, & quamvis videant miracula: nec exempla sequuntur, nec virtutibus moventur. T. 3. D. 4. T. 6. D. 8. T. 7. D. 6. n. 2. T. 9. D. 8. n. 8. T. 10. D. 1.

V. *Signa, qua faciebat*, &c. Operabatur consulens illorum sanitati, postquam infirmi: languisioque esse permittit diuturna infirmitate; ne perirent immunes infirmitatum labore, quibus quidem laeo corpore prosperas, quippe tunc anima non inferitur infirmitas. T. 4. D. 5.

VI. *Facite homines discumbere*. Venerunt ut sequerentur Christum, non in commodum, ut comederent; sed ut fervirent: minime ut delicijs funderent; sed ut enixi in virtutes aspirarent. T. 1. D. 1. n. 6. T. 1. D. 1.

VII. *Eti puer unus hic, qui habet quinque panes*, &c. Tunc Saluator iussit discumbere homines; ut esset in distributione series: non enim ordo, quod unus habeat cetero suffragio affectionis; quo resti possunt plures. Affectio cordis est flatera dolosa, iudicia delirata, caeca, obsecrata; quorum ratiocinium & phreneticum & phantasticum. T. 2. D. 5.

VIII. *Facite homines discumbere, & distribuit discumbentibus*. Ordo rectus in distributione honorum, ac prudenti electione dignitatum: inveniuntur ad illas homines, si queruntur; & florent dignitates, si queruntur homines. T. 5. D. 2. n. 8. T. 6. D. 8. T. 9. D. 1. n. 7.

IX. *Distribuit discumbentibus*, mirabili ordine, sine discretione provinciarum & nationum. Ubi regnat hominum detestabilis amor, florescit furor; cuius suffragia delirata & ad merita phantastica. T. 2. D. 5. D. 6. n. 14.

X. *Vi facerent eum Regem*. Christum ex corde sequebantur, qui Christum Regem volebant: uti prohi, bonique oprimum ducem, superiorem optabant. Si pravi eligerent, utique unum ex illis, primum a pravis. Propter libertatis illecebram, Christum despicerent, & eligerent Barabbam: simulque extollerent encomijs propter indulgentiam omnimodis libertatis; quo in articulo captiones cerebrum habent evanidum, & cum vertigine pravum iudicium; semper queruli & relaxationis cupidi. T. 2. D. 4. n. 7. T. 6. D. 3. n. 11. D. 4. n. 2. T. 7. D. 6. n. 4. T. 9. D. 8. n. 11.

XI. *Fugit*. Prudenter, ne munere exponeretur malevolentiae, & prave curiositati; ex studio infamandi Superiorum, & decorendi regem-

tem. T. 6. D. 3. num. 9. T. 9. D. 8. n. 14. T. 10. D. 5. n. 11.

XII. *Fugit*, &c. Alienum regimen summam gravamen; esse rectissimum iuxta leges regimini acris Principis integri mortificationis; quia regimen iuxta leges. T. 6. D. 2. T. 9. D. 8. n. 14.

XIII. *Fugit iterum*. Quotid primum? Fugerat mente antequam fugetur corpore. Dignum est munere ostendit, quia munus fugit; & quia dignitas illum diligenter quaerit. T. 6. D. 7. n. 14. T. 9. D. 5. n. 12.

Feria 4. Domin. IV. Quadrag.

I. *Prateriens Iesus vidit hominem caecum*. Solus inter tot videntes vidit, qui illuminare peccatores venit, atque errantes dirigere in viam aeternae salutis ex incendio vehementi flagrantis cordis. Uca caecis obtineatur illuminationis gratia, summi in Christo diligencia. T. 4. D. 1. n. 8. T. 1. E. n. 2. 3. D. 4. n. 2. T. 8. D. 3. n. 4. D. 4. num. 14. T. 10. D. 3. n. 12. D. 6. n. 5.

II. *Vidit*, &c. Solus vidit, qui ille solus poterat remedium conferre infelici, eod quod caecus a nativitate, & erroris diuturna consuetudine; uti in peccatore prevalente scelere, rationis caecitate, obcaecato corde, abique ulla in saltem diligencia: quod quidem solus Dei misericordia. T. 4. D. 6. n. 1. T. 5. D. 4. n. 7. T. 9. D. 8. n. 9.

III. *Vidit hominem caecum*; ut averteret caecitatem, vidit miseris hominem; cuius constantia fragilitas, ex qua caecitas: Christusque statim illuminavit, ut gressus recte dirigere videret caecum, qui nec exipitendo nec cadendo unquam cognoscebat errorem. T. 2. D. 3. n. 5.

IV. *Vidit*, & illuminavit; quippe illuminare tantum poterat ille. T. 8. D. 4. n. 10. Quia tot caecitatis erroribus, tot criminibus, tot debijs, imo annis; in caecitatis illuminationem in plenam lucem fidei miraculum a saeculo non auditum. Ibid. & T. 5. D. 4. n. 4.

V. *Vidit* & ille solus. Caecus obijcit peccatoris typus. Malum caecitatis habebat, vires validissimas inolite consuetudinis patebat, crudelem infirmitatem, vel fastidiosum languorem privatus lumine, quin oculos possit aperire nisi in mortem: & ubi perpetuus, continuus in peccatore huiusmodi error, dumtaxat poterat esse illuminator Saluator. T. 8. D. 4. n. 11.

VI. *Vidit* & illuminavit: verum vulgus quod videbat minime credidit. Erat caecus a nativitate uti peccator, ab illius privatus lumine. Ab infantia demoni succubus, suggestionibus afflavit, continuo laeuit, diuturna caecitas prelit, & popularis miraculo non praestat fidem; quippe nec ipse a caecitate liber crederet possibilis sanitatem. Ibid. num. 13.

VII. *Aperuit oculos*. Miraculum est in libertate peccatoris; ab errore & de nonis diu tyrannicis nairate populo quomodo facta caeci & obcaecati illuminatio. Post tot errores, post tot lapsus, post tot vulnera, post tot venena, post diurnum peccati consuetudinem, excurrere caecitatem, verumque adifici lumen, ut gratia splendorem nancisceretur cor; dumtaxat quibat fieri miraculo, & a seip. T. 5. D. 4. n. 6.

VIII. *Aperuit oculos*. Christus aperuit, ne caecus periret quod non credunt quamvis aspiciant; quip-

Silva Evangelica.

quippe arbitrantur phantasticum. Nec caecus praesumptus vel illuminationem speravit: quod peccatori ulveat ex caecitate criminis & continuatione iniquitatis illa summa difficultate & extremo labore, maxime ad illuminationem in vitalitatis sine. Ibid. & T. 8. D. 4. n. 17. Vid. Peccator. Peccatum. II.

Feria 6. Domin. IV. Quadrag.

I. *Erat languet Lazarus*. Ex languore secata plaga, ex illa mors, quia iudicata levis, uti summo languoris negligentia medicaminis. Piculus languet homines, & in moriem devenit agritudo; quia uti levis praetermittitur a medico, sicque lethalis; quoniam vana fide & desidia in medicamen, agrum deducit ad mortem. T. 6. D. 4. n. 4. D. 5. n. 2.

II. *Languet Lazarus*. Non dicitur quenam infirmitas, sed tantum exprimitur languor; ex cuius contractione agraturae facilis revalencia; sed perperam consultum saluti: ceterum apparatus grave quod videbatur leve, inutilis momenti, & prorsum inane: peccata enim venalia omnino cavenda, & etiam pro salute removeanda, quae sane levissima. T. 2. D. 4. n. 7. T. 3. D. 1. n. 4.

III. *Erat languet*. Nonne infirmitas? Peior, quia languor: igitur in saltem pra pharmaci negligentia, semper languor tendit & incumbit in peiora. T. 3. D. 1. Vid. Monachus. II.

IV. *Erat languet*. Languet languens infirmatur, moritur. Ex peccator. Languet suggestionem, infirmatur defecatione, moritur consensu. Languet ignorantia, infirmatur fragilitate, moritur malitia. T. 1. D. 3.

V. *Erat languens*. Languet, infirmatur, moritur, sepelitur. Non secus crimine agrotus. Languet, quam in levis delinquit: infirmatur, si levia negligit: moritur, si lethalia cadens committit; sepelitur, si protinus non relinquit. Languet cogitatione, infirmatur verbo, moritur opere, sepelitur ex criminis consuetudine. T. 5. D. 4. n. 6. T. 7. D. 4. n. 17.

VI. *Ece quem amat infirmatur*. In pignus amicitiae a Numine iussit mittuntur labores. T. 4. D. 3. n. 9. T. 10. D. 1.

VII. *Emus in Iudaeam*. Ibi lapidare illum voluerunt, & iterum vadit illic. Fulget flamma charitatis, ut convertat peccatores, regnique coelestis gratia constituit participes. T. 4. D. 1. n. 8. T. 5. E. n. 2. D. 6. n. 4. T. 8. D. 3. n. 4. D. 4. n. 14. T. 10. D. 3. n. 12. D. 6. n. 5.

VIII. *Lazarus mortuus est*. Mortuus, quia ex languore videbatur facilis exitus. Non restitueretur vitae & pristinae salutis nisi Christus accederet: cuius amor tunc eximie coruscavit, nova medicina effulsit; cum clementia non solum deplorabilem, sed deploratum relinquit vitae, sanitatis, & vigoris, quod cunctis videbatur impossibile. T. 3. E. n. 11. T. 5. D. 4. n. 1. T. 6. D. 4. n. 8.

IX. *Lazarus mortuus est*. Est languore ac infirmitate mortuus; ut, conflet quid ex iniquitate pravus: nec dolebat, nec sentiebat, nec medicamen ullam sollicitudine: unde multiplici vulnere necesse mori. T. 5. D. 4. n. 5.

X. *Mortuus est*. Grave, peccato languere; gravius, continuatione infirmari: extremum, consummative mori; & denique sepeliri: quapropter non potest egredi, nec relinquere iniquitatis sepulchrum;

ad gratiam; quippe insensatus non valet movere gressum. Ibid. & T. 3. D. 4. n. 10. T. 8. D. 4. n. 3.

XI. *Vocem magnam clamavit: Lazare, veni fora*. In peccatores & peritentes ut resurgant saluti & pretiosa gratia: prae magnitudo divinae vocis, & simul vox magnitudinis. T. 3. D. 4.

XII. *Lazare, veni fora*; & exivit, ut audiant qui peccato mortui. Vox fuit pulsantis in contritionem cordis & motum obliviscens pectoris. Vox fuit ictus, quo cretulum pectus cordis pavit intertritus dicitur peccator per quae Lazarus passus, quid, ni responderet, passurus. Est vox virtutis & virtus vocis: eadem ut vocis, quia vocat frugi peccatores cognoscatur virtus; unica vocat audiri debet ab omnibus. Ibid. n. 2.

XIII. *Statum prodijt*. Singulare miraculum, quod exisset in vocem gratiam, qui in sepulchro peccati mortuus transegerat vitam, inter dolores sufficiens, inter ligaturas dormiens, nec periculum damnationis sentiens. T. 8. D. 4. n. 2.

XIV. *Statum prodijt*. Novum prodigium, quod exiret, ut peccator in sepulchro quo ulro carceratus iacet inter vincula quiescit & nec tot doloribus ad lucem oculos aperit. Ibid. n. 5.

XV. *Statum prodijt*. Mirabile, quod exiret: maius, quod sit tim, & videretur expertis languoris, infirmitatis, mortis, & sepelitur. Ibid. n. 3.

Dominic. V. Quadrag.

I. *Quis ex vobis arguit me de peccato*? Ividi Pharisei & Principes Sacerdotum instati, & tumidi: quippe summa livoris malignitas, furiositas & crudelitas. T. 7. D. 1.

II. *Si veritatem dico vobis*, &c. Plures vel videntes corruptelam subditorem, tacent; veritatem sepelientes in eorum damnationem, atque virtutum ludibrium: habent gloriam, sed non apud Deum. Christus pradicans non querit gloriam suam: pravi pradicatores in Dei gloria nullo modo sollicitant gloriam Dei. Nonnulli ne polluantur, vivere sine lege permittunt; subditi audientes quoniam linguas suis dolose agunt: perperam tin ent, purior frequenter forsederet labe, modo illos a prava conetur remove-re consuetudine. T. 7. D. 6. n. 7.

III. *Quare non creditis mihi*? Carpit, vellicat, taxat sed modeste. Si quid avaritidinis in voce, plena est dulcedine; & indignatio nequaquam oblitata misericordia. T. 3. D. 4. n. 9.

IV. *Quare non creditis*? Quoniam veritas auditur: audient prompte deltores, susurriones, mendacia, & colore veritatis stantia embolia. T. 1. n. 2. n. 8. T. 7. D. 1.

V. *Quare non creditis*? Correctio fit & ab illo, ut corrigat non ut corripit; cum utilitate, lenitate, & charitate. T. 8. D. 1. T. 9. D. 9. n. 1.

VI. *Quare non creditis*? Arguit, obsecrat increpat: haec directionis virga non praermititens scelere. Dociles obsecrat, negligentes increpat, arguit effrontes; ut erubescant, & de audacia & de peccatis. T. 6. D. 5. n. 2.

VII. *Quare non creditis*? Prudentia ars in correctione, omnia scire, non omnia ex qui parvis peccatis veniam, magna severitatem in emendationis formam: nec peccata semper sed saepe penitentia contentus esse. T. 8. D. 1. n. 9. T. 9. 14. 7.

VIII. *Quare non creditis mihi*? Modus indicatur in correctione; quippe non correctio sine modo, sine

Silva Evangelica.

sine tempore, sine ordine. His excluse conditionibus, sermo fit inutiliter, insipienter, & nequiter. Insipienter sine modo, quia non sobrie. Insipienter sine tempore, quia non pie. Nequiter sine ordine, quia non iuste. Sobrie, pie, & iuste debet esse correctio: aliter errantium riget: prae protervia durum cor, & aliquando correctio sine ipse. T. 9. D. 7. a. n. 6.

IX. *Precepta vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Audiebant sed quasi non audirent, ad veritatem surdi, quia tantum audiebant aures. Modò audirent corde, redirent frugi, accurrerent poenitentiae, appropinquarent gratiae. T. 1. D. 4. a. n. 1.

X. *Nomine bene dicimus vos?* &c. Veritas odium peperit, & in autorem resiliit: sicut aspidem insurgunt in honorem, in probitatem, in innocentiam, ac in coelestis imò divini predicatoris famam. Cum non esset pravis ad argumentum excultatio, responderunt opprobrio. T. 7. D. 6. n. 11.

XI. *Nomine bene dicimus vos?* &c. Conditio obsecratorum cumulo criminum; alios notare uti peccatorum: cum ipsi sint oppleti, atque pleni iniquitatis. Intraerant in eos Satanas, Ex auditis cognolebant conscientiae molestiam; verum non crimina, causam; furoris gravamen sed in furem; et prudentiores sibi viderentur, dum sine mente proccas in odium arripiebantur: ita ut deliri conaretur uti demonem insamare, ac per malignitatem interficere; qui eos sangebatur doctrinis coelestibus à demone liberare. T. 2. D. 3. a. n. 5. T. 5. D. 4. a. n. 6.

XII. *Nomine bene dicimus vos?* Ductorem proccatit aperta fronte insamant infames summo dedecore: quia instabat, eos avertere à crimine: agrè servat mores pestiferos exui, & severitatem avvertite disciplinae. T. 6. D. 3. T. 9. D. 8. n. 14. T. 10. D. 5. n. 5.

XIII. *Nomine bene dicimus vos?* Flagitia ab actoribus ignorantur: & quia illos latent, tanquam virtutes plauduntur. Gloriantur de phrenesi, errore, cecitate, & aegritudine. Si peccata cognoscerent; dolore & poenitudine liberarentur à demone: sed nolebant liberari, quia gaudebant servitute: quorum felicitas, eius non sentire catenas. Quisquis gloriar, est in quiete sine vulnerum dolore: nonnumquam servus demonis; quippe nec vulnus sentis, nec flagitij doler; nec armen ardet, nec praecipitia & discrimina cogitavit, nec amissam libertatem, neque diram servitutem. T. 3. D. 1. a. n. 21. D. 4. n. 8. T. 9. D. 1.

XIV. *Ego daemionum non habeo.* In illis summa parthena, sicut in Christo modestia summa; cum minime retorqueat in responsione, eos esse vere possessos à demone: nihilominus responderet, ne silentio crederetur infamia & impostura; verum pater, quoniam innocenti inest naturalis rationalis verecundia: dum videtur, inmissit licet, à pravis inusta fama. T. 2. D. 8. n. 16. T. 7. D. 1. n. 12.

XV. *Ego daemionum non habeo.* Vos habetis uti diaboli possessio; quippe estis à patre diabolo. Impii vivunt crimine; mali, maligni & malitiosi. Unde bipedes daemones in odium virtutis, victorum amorem: eò quòd à inter illos & daemones nullum discrimen. T. 1. D. 3.

Feria 4. Dominici. V. Quadrages.

I. *Facta sunt Encania, &c.* Dedicatio celebratur Templi. Hoc Templum homo, in cuius cordis dedicatione fides rituali catholica, de qua ipse

magna; scilicet spes venit, gratiae, & gloriae. T. 1. E. n. 7.

II. *Facta sunt Encania.* Tempeli, in significationem cordis hominis sacris additi, ut in eo Christus haberet ingressum: cum inveniret vitium vacuum, virtutibus plenum, carni, mundo atque diabolo clausum. T. 1. D. 5. a. n. 9. T. 8. n. 3. T. 9. E. n. 31.

III. *Facta sunt Encania, &c.* Quod materialiter in parietibus, spiritaliter debet dedicari in cordibus: maxime cum Christus in orationem & cultum visitet animam, exierit in reverentiam tantae maiestatis affectum; & ad utramque subroget liberaliter auxilium: equidem ut in cordis templum ingrediatur, & serio illi dedicetur, florere debet singularis gratia; per illam, amoris familiaritas, atque perfectionis puritas. T. 2. D. 8. n. 5. T. 5. E. n. 5. T. 9. E. n. 35.

IV. *Facta sunt Encania.* Oratio uti Sanctuarium cor in templum Dei, oratione & lectione hac, ut loquatur Deus nobiscum; illa, ut loquamur Deo: ibi Numini in sacrificium dicatis rationalibus potentis. T. 1. D. 2. a. n. 4. D. 4. a. n. 1.

V. *Quisque animam nostram tollit?* Summo maligni, dum fide accedunt fucata verborum affectione. Cogitatione, verbo & opere communicatio. Cogitatione, an aliqui possint aspicari ad accusationem criminis: verum cum nihil invenirent in eius damnum: ex peridia sibi portarent improbitatis opprobrium. Defecerunt servantes serutinio, cum urgeret malignitatem cogitationum studium ut appareret iniquitas, dum ab eorum cogitata probitas; adversus iustum medicata iniquitate in superbia & abusione. T. 7. E. n. 23. D. 4. n. 7.

VI. *Circumdederunt ergo eum, &c.* Non perfidè, sed fideliter animae catholicae circumdant, scientia Christum esse. Et quia Christus est circumdant, ut ab illo impetrent gratiam, & peccatorum veniam; quibus dominantur affectibus, cupidinis motibus, removeantur à saeculi vanitatibus, fiat sui victrices & misimè in illas praevalent daemones hostes. T. 1. D. 7. n. 9.

VII. *Dicentes: Quisque animam nostram tollit?* Non solum perfidia, sed perfidia summa, ex amicitia larvata; ingenio demonis; & malignitate hominis; qui peccus aperit ut colore ductus, peccus aperiat amicum, & usuram habeat dolus. T. 2. D. 4. a. n. 2. T. 1. D. 3. n. 5.

VIII. *Si vis ei Christus, dic nobis palam.* Scrutantur notitiam in innocenti infamiam: ex maligna curiositate, atque peccatoris livore, qualibet notitia auctantiam movet, malitiam nutrit, atque malignis obliandimina favet. T. 6. D. 3. T. 7. D. 1.

IX. *Dic nobis palam.* Specie amicitia curiositas erat perversitatis, putrida, & putida viticera, fucata scelerè, sed virulentum corde. T. 6. D. 3. n. 11.

Feria 6. Dominici. V. Quadrages.

I. *Collegerunt Pontifices & Pharisei concilium.* Ue pateret pessimum, fat ab ipsis congregatum. Is perniciem innocenti malignitatis, curiositas & crudelitas livoris; quos vulnus mentis & invidia mater stoliditatis, suspendens usum rationis. Unde rationales desipiunt, correpti furore, stimulat phrenitide: praecorpi, atque conceptis fanatici, saepe sapienter arripitij. T. 7. D. 1.

II. Collo.

Silva Evangelica.

II. *Collegerunt concilium.* Verum quorsum? Est concilium malignitatis: illis criminis causa, quod Iesus operatur multa signa. Pater I in eius facta nazvus non poterat cadere; sed poterat fingi: eoque facile, quod in causam fucate litis, idem iudices, actores & denique testes. T. 6. D. 3. n. 8. D. 5. n. 15. T. 7. D. 5. n. 12.

III. *Multa signa facit.* Christus, quia patrat miracula & multa; illorum lesium peccus vomit venena. Percussus cordis signa; sanguinis vomitus, venarum languor, remissus color, genarum pallor, frigiditas sudor, teter odor; unde matura mors sequitur: ex Celso. T. 6. D. 4. n. 10.

IV. *Hic homo multa signa facit.* Consilia mala, dum vel ab ipsis causa signatur invidia; quiriturque innocenti pernicies sub titulo religionis & pacis: quo molissime Numen offenditur, proximus laeditur, animas affligitur. T. 7. D. 1. n. 10. T. 9. D. 7. a. n. 3.

V. *Collegerunt Pontifices, &c.* Mores illorum à Christo videbantur argui: cum essent praemuner Superiores; abusi omnino potestate muneris: ita insatanti studio superbia; ut dixerint (ut dicerent) in ignominiam quaequid veniebat in becama: & impudencia, dignitatis audacia, malignitatis adiatrepia, criminis signentur speciem; quippe volebant, vel vellent videre crimen. Ibid. a. n. 4.

VI. *Quid facimus?* Salvatoris miracula sibi iudicabant dedecora. Neita videntur, quae prodigia videbantur; quanta illorum artificia, occupatio, consilia, concilia, astutus & astus. Ibid. n. 12.

VII. *Quid facimus?* Queruntur de sanitate quasi perirent; specie ledi insidiantes, hostes, infestis, obsecrati & truciulenti. Ibid. & T. 1. D. 2. a. n. 7.

VIII. *Multa signa facit.* Quenam, & à quibus cogitantur concilia; ubi quasi crimina sunt prodigia damna? T. 8. D. 6. n. 2. T. 9. D. 7. a. n. 4.

IX. *Quid facimus?* Facile, quod debet fieri. Signis & prodigijs ad illos nempe convertitis & nequam pravis cogitationibus, circumventionibus ac molimimibus, eius honori detrudere. T. 5. D. 7. n. 4. T. 7. D. 5.

X. *Quid facimus? Quidni faciemus?* Nullo modo. Cito fiat & exerceatur furor: ne suspendatur, moò cognoscat error. Non est causa, quia non apparet demerita. Ergo moriatur, fingantur astra litis, scrutandi mores; & in accusationem erit scicine species. Eorum rabies tabescantiam omni horra quid ab illo fieri considerat, considerata accusat: surgunt cauae, & innumere quotidie, quibus innocenti arguntur & culpabilem ostendunt: vel dum mirificum inculpabili in cognoscunt. T. 1. D. 2. a. n. 3. T. 2. D. 5. n. 8. T. 7. D. 1. n. 10.

XI. *Quid facimus?* Quid potius faciendum? Tabescunt, quia cause contraria causa, videntibus pro crimine mirabilia: at feratur ante tribunal fastidiosus iudicis, vocatis prius in concilium tabulis: quibus tenor legum voluntatis prolium. T. 7. D. 5. a. n. 6.

XII. *Vnus autem ex ipsis, Caiphas.* Quid dixit Expediit ut moriatur. Nil ab illo mali accepit, sed suum honorem honore Christi (potestati subditi) obscurari iudicavit: & cum esset inflatus, male parva dignitate, indignus munere, plenus fastu, livore celso mortui hominem illustrem damnat, quippe crimen, eius fulgorem & miracula cogitat. Cere-

brum sanè cerebratum, ac illi odiosum carere honore (indigno in honore) propter subditi prodigiarum plaudi subditi splendidi merita, censetur eius dignitatis ignominia. T. 7. D. 3. a. n. 13.

XIII. *Vnus ex ipsis Caiphas.* Quis nisi Caiphas, cum subditi malignis, consiliarijs, haecine decerneret; & decreta exequi inflare: Fariofus utique sine illo mentis nitore: cum cognitione plane desipientis perfidum cor: cum mente, sed extra se. Ibid. n. 7. T. 9. D. 7. n. 7.

XIV. *Expediit ut moriatur.* Pugna rationis & livoris. Livoris, Moriatur. Rationis, Signa facit, & multa. Livori mori expediit, quia signa facit. T. 1. D. 2.

XV. *Expediit ut moriatur.* Perperum iudicium pravi cordis desiderium; privato affectu, boni publicitudo: mensura sine mensura pondus & pondus sine pondere & mensura. T. 2. D. 5. n. 7. T. 4. D. 5.

Pro Virginis Transfiguratione.

I. *Stabat iuxta crucem mater.* Plusquam martyr stabat, eò quod plus doluit, plus dilexit, plus cognovit. T. 8. D. 6. a. n. 2. & 14.

II. *Iuxta crucem mater.* Filium interfecit dolor crucis: verum matrem sine morte crux doloris, etenim in eius vulneribus, Filij morientis legebantur dolores. Ibid. n. 1. Mortem Filij suam fecit, passionem mente & corde toleravit: tormentis & cruciatibus duris, quia in parte mortem passa, quae ex se impassibilis n. 2.

III. *Iuxta crucem.* Non solum compatens, sed patiens stabat: quia Filij mortem subibat. Ex morte haud fumpit invamen, sed demtaxat mortis poenam & dolorem. Cruciaminis enim summum, usque ad mortem posse pati; & doloribus mortis non posse miri. Ibid.

IV. *Iuxta crucem mater.* Passa etiam in corpore, quod Christus passus in Cruce. Mors ex crudeli cruce, amara; sine cruce mors crucis summe amarissima. Ibid.

V. *Iuxta crucem.* Filij, & in Filij cruce. Iuxta crucem carne, in cruce corde. Iuxta crucem, compassione doloris: in cruce, passione cruciaminis. Iuxta crucem, transfixa: in cruce, fixa. Valuit sine cruce crucem pati; passa in corpore, quicquid Christus patiebatur in cruce. Ibid. a. n. 3. & 10.

VI. *Iuxta crucem.* sed stabat vulneribus impassibilis menti, cordi, carni, sed fixa cruce: loquentibus sanguinis lachrymis, praevahentia amaritudinis. Ibid. n. 14.

VII. *Iuxta crucem.* Filij doloribus, ac mortis cruciamine: ipsa morte Filij morebat; dolebat, sed stabat. Ibid.

VIII. *Stabat mater.* Iuxta Bonavent. fuit Virgo impassibilis per patientiam: non impleat, sed constantiam in passione amarissima declarat. Patet & elucet patientia & impassibilitas; cum fieri constantia in tot plagas: iteti & valide fixa cruci, quasi esset sine dolore. Ibid. n. 15.

Dominica Palmarum.

I. *Ecce Rex tuus &c.* In Passionem ingreditur, & ita in ingressu plauditur. Quod eius honori obsequium, fuit amoris lenocinium, blandimentum excessivae dilectioni, occasio obvia pro hominibus pati. T. 4. D. 2. n. 8. D. 8. n. 10. T. 5. D. 4. n. 14. D. 6. n. 15. T. 8. D. 2. n. 10. T. 10. D. 6. n. 8.

II. Ecce